



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 75. Maximiliani Bavariae Ducis atque Electoris responsum ad Papæ
litteras.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

Sæc. XVII.

A. C. 1623.

§. LXXV.

*Maximiliani Bavaricæ Ducis atque
Electoris responsum ad Papæ
litteras.*

Paulo post Maximilianus Elector ad allatas Papæ litteras hunc in modum respondit: *Beatissime Pater!* si ullis unquam indiciis, quæ multa & magna extant, Sanctitatis Vestræ paternum in me amorem comperi, postremis certe ad me literis comperi: persuscæ enim illæ undique sunt insignibus notis animi erga me, & amoris, imo etiam non mediocris in alieno honore Lætiticæ, quam sperneret Sanctitas Vestra in suo. In ceteris mihi placuit, ab Sanctitate Vestra omnium moderatori Deo impensum cultum; ille enim unus fuit, cujus nutu territi hostes, cujus dextra cecidere; & nescio, an idcirco me instrumentum delegerit, ut & ipsi agnoscerent a Deo se victos, quod vincerentur per eum, quem vincendum non dubitaverant. Quod autem Sanctitas Vestra pluribus mihi curiam hanc Imperii dignitatem gratulatur, ab eodem fonte affectus manat, arctiorique ei vinculo adstringor, quod suum ex parte beneficium gratulatur, ipsa certe est, quæ patria sua cura, auctoritateque præcipuum ad hanc ipsam rem pondus attulit. Sed nec satis Sanctitati Vestræ visum, concessos
mih

mihī honores amplissimis verbis prosequi; Sæc. XVII.
 pollicetur etiam imposterum opem ad eos- A. C. 1623.
 dem, si quæ vis ingruat, defendendos.
 Grato animo me accipere profiteor tantam
 benignitatem, qua sane frui mallet in pace,
 quam in bello, quod viget adhuc, & si fi-
 des hæreticis non constet, magno auctu in-
 valescet, ita ut Sanctitatis Vestræ auxi-
 lium sit imprimis opportunum: Ego sane,
 tametsi adhuc eo nervos meos intenderim,
 ut periclitanti per Germaniam Religioni
 succurrerem, provocor, ut me ipse superem,
 & pro Republica Christiana major miles
 sum, majorem Sanctitate Vestra faciente:
 Calcar enim est ad laborem, labor tam be-
 nigne agnitus &c.

§. LXXVI.

*Catholicæ Religionis augmentum Pra-
 gæ & alibi procuratum.*

Interim Pragæ quamplurimi, atque *Carafa l. c.*
 inter eos Rudolphus a Tieffenbach *Brachel.*
 militum Tribunus cognito errore Cal- *pag. 69.*
 vinianam sectam ejurarunt, ad Ec- *Meteran. l. c.*
 clesiæ Catholicæ sinum, & Cæsaris *Theatr. Eu-*
 obsequium reversi: Ferdinandus quo- *rop. p. 763.*
 que Imperator Pragam adventans Re-
 ligionem Catholicam, quam Protestan-
 tes rebellionis ope eliminabant, anti-
 quæ suæ possessioni restituere statuit,
 ac primo quidem Ernestum de Har-